

1184 difficiles et longe ab invicem positi ascendere desperavit
diffisus suis viribus et meritis. Cum ecce sanctus Bernar-
dus hilariter ei apparuit et duos baculos, quos cruccas
vocant, exhibuit, quibus suffultus secutus est eum intra
iucundissimum palatium, ubi vox et exultationis et salubris,
ubi sonus epulantiū sicut letantiū omnium. Porro
in dextra parte huius palatii apertura ingens visa est
ei in modum arcus testudinati, per quam quotquot erant
de ordine Cisterciensi intraverunt in splendidissimum do-
miciliū, aliis alias locatis secundum diversitatem cf. Joan. 14, 2
mansionum in domo patris. Vidit haec ille non oculo carnis,
sed in spiritu, vidit in extrinseca domo, ubi et sermonem
memorati abbatis audire gestiebat. Et ecce idem Bernardus
per manum apprehendens eum secum duxit, secum
collocavit in medio Cisterciensium, ubi saliter cum salibus
collocatus putabat se frigoris aliquantulum pati sicut post-
modum ab ipso audire, sed nimis assidentium pellibus
valde bonis eum tenuit sicque ab eo frigus fugavit. Haec est
visio abbatis Godscaldi, quam ego credo esse authenticam
et divinitus sibi ostensam. Hanc moriens litteris inditam
dixit ad capitulum Cisterciensium expetens fraternitatem
eorum, quam et accepit. Et ecce hoc est exemplar epistolae: ¹

Sanctae Cisterciensis ordinis universitati frater
Godscaldus vetustissimus veterum abbatum Boemiae et Mora-
viae eorum sicut aquila renovari meritis et precibus. cf. Psal. 102, 5

Dfording, Cod. dipl. Bon. I, 302, Dfording besaigt mit Rufs den König
indigenen Bockek und geben auf Dfording 1184.